

Judicijq; sacri praelustre tribunal honorus
 Ex promptâ *Senior* dexteritate, juvas.
 Nati conditio patriæ sic æmula sorti est,
 Et Polycarpæo digna propago fatu.
 Jugiter hæc vigeat stirps, incrementaq; pandat,
 Quæ simili valeant conditione frui!

Dn. Collegæ, fratri & com-
 patri gratulabundus F.
Henricus Höpffnerus D

QUOD SUPERATTENDENS audis praelustris Elystri
 Et quâ se profert LIPSICUS ille sinus:
 His ut ego titulis indignus mactor ad Albim,
 Electoralis quâ patet ora cycli.
 Sponte Dei factum est, & nutu principis almi,
 Primorum votis, vota probante grege.
 Non nos GRETSERI moveant fera toxica lingua,
 Ac si primatus nos quoq; tangat amor.
 Non Ausonij legimus vestigia Papæ,
 Non hic erigimus Pontificale pedum.
 Ordinis hic gradus est, non dandi jura potestas,
 Non interdictis fulminibus velocus.
 Non ex præscripto surgant nova dogmata nostro,
 Quemq; suæ fidei libera vota manent.
 Certus Episcopicum decuit tamen ordo senatum,
 Nec Cyclopum instar Rex sibi quisq; fuit.

F

Fun-